



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Ioannis Mensingi Theologi de Ecclesiæ Christi  
sacerdotio, Libri duo**

**Mensing, Johannes**

**[Coloniae], 1532**

**VD16 M 4656**

Praefatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30281**

PRÆFATIO.

**H**actenus amice lector, pro sacro noui testamenti sacerdotio, aduersus Lutheranā illā tabē, id penitus labefactatē, tā inuictis, tāq̄ a pertis scripturis, & quæ nec diuersum patiantur sensum, adeo usq̄ dimicatū, præcedēte tractatu puro, ut altissimis sulcis firmisq̄ basibus iam firmato neq̄ ipsas inferi portas sperē præualituras. Ut autē nihil deinceps, quod aduersarius cauillari possit relinquamus: restat, ut quæq̄ aduersus catholicā hanc ueritatē non tā adducta sunt, q̄ uentosa quadā uerbofite ac licenti loquacitate adduci uisa sunt: (solidis nixi scripturis) dissoluamus. Res tædiosa satis & gratia admodum exigua. Verum sustinet uersa charitas.

Ab aduersarijs hoc impetratum uelim, ut postq̄ mille me probris affecerint: aut a sinū, aut fatuum, aut hæreticū clamitantes, suis ipsi conscientijs consulant: Neq̄ de cætero dū legerint, tam a parte reluctentur ueritati. Non meæ quidem fragilitati, non deniq̄ probis omnibus, uerum ipsi spiritui sancto resistentes. Scimus ab Isaia prædictum: cōmoraturos in Babylone onocrotalum & hericium: quorū prior rostro proprio partem necat suam: alter spinosus undiq̄, se capere uolētis (nisi ferro armetur) manus uulnerat. Vere onocrotalus, qui quotquot suæ genuerit sectæ, per fallacem doctrinā, æterna perimit morte. Vere hericius, habitans in Babylone, in confusione eorū qui terrena sapiunt: quæ animantibus his possessio data est. Confusionē profecto meditatur hypocrita: qui peruersæ intentionis caput & caudā finalis exequutionis, cum pedibus pessimæ uoluntatis, dum corripitur abscōdere nouit

Isaiæ. 34.

Isaiæ. 14.

uit, præter spinas nihil obſciēs. Vt ſi quis correcti-  
onis gratia hūc tangere uoluerit, ſua magis uulne-  
ra ſentiat. Qd̄ & ſapiēs ſentiēs, dicebat: Peruerſi dif-  
ficile corriguntur. Et iterū: Confidera opera dei, quæ  
nemo corrigere poterit, quē ille deſpexerit. Ipſe eti-  
am Apoſtolus, hæreticū hominē uitādū, eo q̄ per-  
uerſus ſit, docebat, nec pœnitētiæ ullum admittat  
remedium.

Ecc̄i. 1. 7

Tit. 3.

Qd̄ ſi inutilis uiſus fuerit iſ labor noſter, pias ta-  
men conſcientias, ab errore tam execrabili, ſaluaſ  
eſſe cupimus, quas nephandus Lutheri libellus de  
Abroganda Miſſa, non nihil nutare fecit: ut etiam  
ſacerdotum ſuorum nonnulli gratiam ſpernāt,  
aliſ nec admittant miniſteriū, Quo fit, ut dū  
abſq̄ paſtore grex à lupis ducitur, in prædā  
diaboli ſimul uniuerſus abeat. Det pœnitē-  
tiam dominus pro bonitate ſua, populo  
ſuo: Nam perditę ſectę huius magiſtris  
qui ueluti Iannes & Mambres Moyſi  
reſtiterunt: itā hi agnitæ reſiſtunt  
ueritati: pœnitentiæ locum nul-  
lum ſuperſeſſe uereor.

Pruiſg